

FACULTAS REVERENDISSIMI PATRIS  
**ALPHONSI LAURENTII DE PEDRAZA**  
ORDINIS GENERALIS.

**N**os Fr. Alphonsus Laurentius de Pedraza, Lector Iubilatus, in Regio. ac Supremo Sacrae Inquisitionis Hispaniarum Senatu Qualificator, Regis Catholici Concionator, totiusque Ordinis Minimorum Sancti Patris nostri Francisci de Paula Corrector Generalis.

**R**eu. Adm. P. Gabrieli Filoramo, eiusdem Instituti Lectori Iubilato, Sancti Officii Qualificatori, in Prouincia nostra Apuliae olim Prouinciali, nunc vero in Romana Curia zelo, seu Procuratori Generali, praesentium litterarum vigore facultatem concedimus prelo subdendi opus quoddam, quod sic inscribitur, *Lapis Lydius circa Praescientiam, Praedestinationem, & Reprobationem*: praevia approbatione RR. PP. Ioannis a Bellouiderio, & Isidori a Montalto, Collegij nostri ad Montes Sac. Theologiae Lectorum, quibus praedicti Operis reuisionem committimus: seruatimque de iure, & consuetudine seruandis. Er in fidem, &c. Datum Martiri in hoc nostro Sanctae Mariae de Victoria Conuentu Die 23. Maii 1684.

*Fr. Alphonsus Laurentius de Pedraza*  
Corrector Generalis.

Loco & Sigilli.

*De mandato Reuerendissimi Patris nostri Generalis*  
*Fr. Honoratus Puig Collega Hispanus, & Secretarius.*

**Approbatio duorum Lectorum Ordinis, quibus a Reuerendissimo Patre Generali fuerat commissa reuisio.**

**O**pus, quod *Lapis Lydius* inscribitur, a Reu. Adm. P. Gabriele Filoramo, Sacrae Theologiae Lectore Iubilato, S. Officii in Regno Siciliae Qualificatore, necnon Ordinis Nostri Minimorum optime merito Procuratore Generali, accuratissime elucubratum, Reuerendissimi Patris nostri Generalis praevio mandato, sedula perecurrimus investigatione, attemptaque mente perlegimus, nihilque in eo Catholicae Fidei dogmatibus contrarium, aut S. Romanae Ecclesiae decretis dissonum, quin potius omnia germaniori Sacrarum Scripturarum, Sacrorum Conciliorum sanctionum intelligentiae, atque etiam saniori Sanctorum Patrum doctrinae, egregio quodam ordine congesta comperimus. Lapis verè Lydius, qui inania errorum signenta, & futilia haereticorum deliramenta detegit, eaque a solido veritatis auro fecernit. Vt igitur quantocius in publicam lucem prodeat, dignissimum censuimus: & ut Typis quamprimum excudatur summo opere peroptamus. Datum in Nostro S. Patris Francisci de Paula Almae Urbis Collegio ad Montes die 26. Septembris 1684.

*Fr. Ioannes a Bellouiderio praefati Collegij Lector Iubilatus.*

*Fr. Isidorus a Montalto eiusdem Collegij Sac. Theol. Lector.*